

*Pluribus: sup. verbis scribam.*

*Denuntiandum: declarar, intimar.*

*Malo: sup. scire.*

### GARTA. VII.

#### ARGUMENTO.

*Encárgale, que emplee su ingenio en ponerse bueno y sano.*

Tullius Tironi S. D.

Ægypta ad me venit pridie id. aprilis. Is etsi mihi nuntiavit, te planè febri carere, et bellè habere; tamen, quod negavit, te potuisse ad me scribere, curam mihi attulit: et eò magis, quod Hermia, quem eodem die venire oportuerat, non venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua valetudine, qua si me liberaris, ego te omni cura liberabo. Plura scriberem si jam putarem, libenter te legere posse. Ingenium tuum, quod ego maximi facio, confer ad te mihi, tibique conservandum. Cura te etiam atque etiam diligenter. Vale.

Scripta jam epistola, Hermia venit. Accepi tuam epistolam vacillantibus litterulis, nec murum, tam gravi morbo. Ego ad te Ægyptam misi (quod nec inhumanus est, et te visus est mihi diligere) ut is tecum esset: et cum eo coquum, quo uterere. Iterum. Vale. Lib. 16, ep. 13.

#### NOTAS.

Ægypta: un esclavo llamado ast.

Belle: te sentias grandemente.

### LIBRO IV.

*De las cartas petitorias.*

#### CARTA PRIMERA.

#### ARGUMENTO.

Ciceron había de suceder á Apio en el gobierno de la Cilicia, y le pide en esta carta se la dejé en el mejor estado posible para tener menos que hacer en él.

M. T. C. Proconsul Appio Pulchro Imperatori S. D.

Cum et contra voluntatem meam, et præter opinionem accidisset, ut mihi cum imperio in provinciam profici sciret, in multis, et variis molestiis, cogitationibusque meis, haec una consolatio occurrerat, quod neque tibi amicior, quam ego sum, quisquam posset succedere: neque ego ab ullo provinciam accipere, qui mallet eam mihi quam maximè aptam, explicataisque tradere. Quod si tu quoque eamdem de mea voluntate erga te spem habes, ea te profecto numquam fallebit. A te maximo opere pro nostra summa coniunctione, tuncque singulari humanitate etiam atque etiam queso, et peto, ut quibuscumque rebus poteris (poteris autem plurimis) prospicias, et consulas

rationibus meis. Vides ex Senatusconsulto provinciam esse habendam; si eam (quoad ejus facte potueris) quām expeditissimam mihi tradidieris, facilior erit mihi quasi decursus mei temporis. Quid in eo genere efficere possis, tui consilii est. Ego te, quod tibi veniet in mentem mea interesse, valde rogo. Pluribus verbis ad te scriberem, si aut tua humanitas longiore orationem expectaret; aut id fieri nostra amicitia pateretur; aut res verba desideraret, ac non pro se ipsa loqueretur. Hoc velim tibi persuades, si rationibus meis provisum esse intellexero, magnam te ex eo, et perpetuam voluntatem esse capturum. Vale. *Lib. 3, ep. 2.*

*NOTAS.*

*Quoad: en cuanto pudieres hacer.*

*Decursus: es correr cuesta abajo, que se hace con poco trabajo, y aquí significa pasar el tiempo de su gobierno con facilidad.*

**CARTA II.***ARGUMENTO.*

Ciceron había sido desterrado de Roma por Clodio Tribuno de la plebe, y desde el lugar de su destierro escribe esta, pidiendo á Metello, que era Cónsul, ayude á su restitucion.

M. T. C. Q. Metello Nep. Consuli S. D.  
Litterae Quinti fratris, et T. Pomponii, necessarii mei, tantum mihi spei dederant, ut

*Libro cuarto.*

in te non minus auxilia, quām in tuo collega mihi constitutum fuerit. Itaque ad te litteras statim misi, per quas, ut fortuna postulabat, et gratias tibi egi, et de reliquo tempore auxillium petii. Postea mihi non tam meorum litterarē, quām sermones eorum, qui hāc iter faciebant, animum tuum immutatum significabant; quae res fecit, ut tibi litteris obstrepere non auderem. Nunc mihi Quintus frater meus mitissimam tuam orationem, quam in Senatu habuisses, prescrispit: qua inductus, ad te scriberem sum coactus; et abs te quantum tua fert voluntas, peto, quesoque, ut tuos mecum serves potius, quām propter arrogantem crudelitatem tuorum me oppugnes. Tu, tuas iniurias ut reipublicae donares, te vicisti: alienas ut contra rempublicam confimes, adduceras? Quōd mihi tua clementia opem tuleris, omnibus in rebus me fore in tua potestate tibi confirmo; sin mihi neque magistratum, neque senatum, neque populum auxiliari propter eam vim, quae me cum republica vicit, lieverit: vide, ne, cum velis revocare tempus omnium conservandorum, cum, qui servetur, non erit, non possis. Vale. *Lib. 5, ep. 4.*

*NOTAS.*

*Collega: P. Léntulo.*

*Obstrepere: molestarse.*

*Arrogantem: soberbia.*

*Ut: á deponer tu enemistad por la República.*

## CARTA III.

*Pídele á Bruto, que favorezca al liberto de L. Ticio, para que cobre un dinero, que se le debia á este último.*

M. T. C. Bruto S. D.

L. Titio Strabone, equite romano, in primis honesto, et ornato, familiarissimè utor. Omnia mihi cum eo intercedunt jura summae necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volcatio, qui Romæ jus dicit, rejecta in Galliam est. Peto à te hoc diligenter, quām si mea res esset, quō est honestius de amicorum pecunia laboreare, quām de sua, ut negotium conficiendum cures, ipse suscipias, transigas, operamque des, quoad tibi æquum, et rectum videbitur, ut quām commodissima conditione libertus Strabonis, qui ejus rei causa missus est, negotium conficiat, ad nummosque perveniat. Id et mihi gratissimum erit, et tu ipse L. Titium cognoscas amicitia tua dignissimum. Quod ut tibi core sit, ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale. *Lib. 13, ep. 14.*

## NOTAS.

Jus: es juez.

Rejecta: fue remitida.

Quod: en cuanto.

## CARTA IV.

## ARGUMENTO.

*Pide á Culéolo, que favorezca á Luceyo.*

M. T. C. L. Culleolo Proconsuli S. D.

L. Luccejus meus, homo omnium gratis simus, mirificas tibi apud me gratias egit, cum diceret, omnia te cumulatissimè, et liberalissimè procuratoribus suis pollicitum esse. Cum oratio tua tam ei grata fuerit, quām gratam rem ipsam existimes fore, cum, ut spero, quae pollicitus es, feceris? Omnino ostenderunt Bulliones, sese Luccejo Pompeji arbitratus satisfacturos. Sed vehementer opus est nobis, et voluntatem, et auctoritatem, et imperium tuum accedere. Quod ut facias, te etiam, atque etiam rogo. Illudque mihi gratissimum est, quod ita sciunt Lucceji procuratores, et ita Luccejus ipse ex litteris tuis, quas ad cum misisti, intellexit, hominis nolius apud te auctoritatem, aut gratiam valere plus quām meam. Id ut re experietur, iterum, et saepius te rogo. Vale. *Lib. 13, ep. 42.*

## NOTAS.

Oratio: tus palabras.

Rem: las obras.

*ARGUMENTO.*

Dale á Paulo la enhorabuena del Consulado, y  
le pide que haga, que no le prolonguen el  
tiempo de su gobierno.

M. T. C. Imperator L. Paulo Consuli designato S. D.

E tsi mihi numquam fuit dubium, quin te  
populus romanus pro tuis summis in rempu-  
blicam meritis, et pro amplissima familie dignitate,  
summo studio, cunctis suffragiis Consulem  
facturus eset; tamen incredibili laetitia  
sum affectus, cum id mihi nuntiatum est: eumque  
honorem tibi deos fortunare volo, à teque  
ex tua, majorumque tuorum dignitate adminis-  
trari. Atque utinam præsens illum diem mihi  
optatissimum videre potuisse, proque tuis  
amplissimis erga me studiis, atque beneficiis  
tibi operam meam, studiumque navare. Quam  
mihi facultatem quam hic nec opinatus, et im-  
provisus provinciae causas eripuit; tamen, ut te  
Consulem republicam pro tua dignitate geren-  
tem videre possim, magnopere à te peto, ut  
operam des, efficias, ne quid mihi fiat injuriae,  
neve quid temporis ad meum annum munus ac-  
cedat. Quod si feceris, magnus ad tua pristina erga  
me studia cumulus accedet. Valc. Lib. 15, ep. 12.

*NOTAS.*

A teque: y que lo desempeñes como corres-  
ponde á tu dignidad, y á la de tus mayores.  
Munus: al año de mi gobierno.

**LIBRO V.**

*De las cartas gratulatorias, y de  
accion de gracias.*

**CARTA PRIMERA.***ARGUMENTO.*

Dale á Curion la enhorabuena de que le habian  
hecho Tribuno de la plebe: aconséjale con en-  
carcimiento, que no se deje gobernar por otros;  
y concluye pidiéndole no permita, que le pro-  
longuen el tiempo de su gobierno.

M. T. C. Proconsul Curioni Tribuno plebis  
S. D.

Sera gratulatio reprehendi non solet, preser-  
tim si nulla negligentia prætermissa est. Longè enim absum: audio serò. Sed tibi et gra-  
tulor, et, ut sempiternæ laudi tibi sit iste  
tribunatus, exopto; teque hortor, ut omnia  
gubernes, et moderere prudentia tua: ne te au-  
ferant aliorum consilia. Nemo est, qui tibi sa-  
pientius studere possit, te ipso: numquam la-  
bere, si te audies. Non scribo hoc temerè: cui  
scribam, video: novi animum, novi consilium  
tuum. Non vereor, ne quid timidè, ne quid  
stultè facias, si ea defendes, quæ ipse recta esse  
senties. Quod in id reipublicæ tempus non in-  
cideris, sed veneris(judio) enim tuo non casu,

In ipsum discrimen rerum contulisti tribunum tuum; profectò vidès, quanta vis in republiça temporum sit, quanta varietas rerum, quām incerti exitus, quām flexibiles hominum voluntates: quid insidiarum, quid vanitatis in vita, non dubito, quin cogites. Sed, amabo te, cura et cogita nihil novi; sed illud idem, quod initio scripsi: tecum loquere; te adhibe in consilium; te audi; tibi obtempera. Alteri qui melius dare consilium possit, quām tu, non facile inveniri potest; tibi vero ipsi certè nemo melius dabit. Dii immortales, cur ego non adsum vel spectator laudum tuarum vel particeps, vel socius, vel minister consiliorum? Tametsi hoc minimè tibi deest: sed tamen efficeret magnitudo, et vis amoris mei, consilio te ut possem juvare. Scribam ad te plura alias. Paucis enim diebus eram missurus domesticos tabellariorum: ut, quoniam sāne feliciter, et ex mea sententia reimpublicam gessimus, unis litteris totius aestatis res gestas ad Senatum prescribere. De sacerdotio tuo quantum curam adhibuerim quānque difficulti in re, atque causa, cognosces ex iis litteris, quas Tharasoni, liberto tuo, dedi. Te, mi Curio, pro tua incredibili in me benevolentia, meaque item in te singulari, rogo atque oro, ne patiare, quidquam mihi ad hanc provincialem molestiam temporis prorogari. Præsens tecum egi, cum te Tribunum plebis isto anno fore non putarem: itemque petivi sēpius per litteras: sed tūm quasi à Senatore nobilissimo, et adolescente gratiosissimo; nunc à

Tribuno plebis, et à Curione Tribuno: non ut decernatur aliquid novi (quod solet esse difficilis); sed ut ne quid novi decernatur, et ut senatusconsultum, et leges defendas, eaque mihi conditio maneat, qua profectus sum. Hoc te vehementer etiam, atque etiam rogo. Vale. Lib. 2, ep. 7.

*NOTAS.*

Audio: me llegan tarde las noticias.

Minister: ejecutor.

*CARTA II.**ARGUMENTO.*

*Da á Basilio la enhorabuena; le muestra su afecto, y le pide noticias.*

M. T. C. Basilio S. D.

Tibi gratulor: mihi gaudeo: te amo: tua tueor. A te amari, et quid agas, quidque istic agatur, certior fieri volo. Vale. Lib. 6, ep. 16.

*CARTA III.**ARGUMENTO.*

*Da el parabien al lugar de Vayas en Italia, celebre por sus baños, y le dice á Dolabela que le envia la oracion, que compuso en favor del rey Deyotaro.*

M. T. C. Dolabellæ S. D.

Gratulor Bajis nostris; si quidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt: nisi fortè

te amant, et tibi assentantur; et tamdiu dum tu ades, sunt oblitæ sui. Quod quidem si ita est, minimè miror, cœlum etiam, et terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Oratiunculam pro Dejotaro, quam requirebas, habebam mecum, quod non putaram. Itaque eam tibi misi; quam velim sic legas, ut causam tenuem, et inopem, nec scriptio magnoperè dignam. Sed ego hospiti veteri, et amico munusculum mittere volui levidense crasso filo, cujusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti, fortique sis, ut tua moderatione, et gravitas aliorum infamet injuriam. Vale. Lib. 9, ep. 12.

## NOTAS.

Levidense: de poco precio, grosero, como suelen ser los regalos de Deyótar. Tenia fama de escaso.

Infamet: desacredite.

## CARTA IV.

## ARGUMENTO.

Dale á Cornificio la enhorabueua del gobierno de la Syria, que César le había confiado, y le dice cómo se ha de gobernar, si los Partos hicieren guerra.

M. T. C. Cornificio S. D.

Libentissimè legi tuas litteras: in quibus jucundissimum mihi fuit, quod cognovi meas tibi redditas esse. Non enim dubitabam, quin eas libenter lecturus esses: verebar, ut red-

derentur. Bellum, quod est in Syria, Syriamque provinciam tibi tributam esse à Cesare, ex tuis litteris cognovi. Eamdem rem tibi volo bene, et faciliter evenire. Quod ita fore confido, fretus et industria, et prudentia tua. Sed de Parthici belli suspicione quod scribis, sanè me commovit. Quantum copiarum haberes, cum ipse conjectura consequi poteram, tū ex tuis litteris cognovi. Itaque opto, ne se illa gens movent hoc tempore dum ad te legiones esse perducantur, quas audio duci. Quod si pares copias ad configendum non habebis, non te fugiet uti consilio M. Bibuli, qui se oppido munitissimo, et copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia Parthi fuerunt. Sed haec melius ex re, et ex tempore constitues. Mihi quidem usque curæ erit, quid agas, dum quid egeris, sciero. Litteras ad te nunquam habui cui darem, quin dederim. A te, ut idem facias, peto; in primis que, ut ita ad tuos scribas ut me tuum sentiant esse. Vale. Lib. 12, ep. 19.

## NOTAS.

Me: me dió cuidado.

Uti: seguir el consejo.

## CARTA V.

## ARGUMENTO.

Da gracias á Culeolo por lo que hizo por Luceyo; y le pide, que continue favoreciéndole.

M. T. C. L. Culleolo S. D.

Quæ fecisti L. Luceji causa scire te planè volo, te homini gratissimo commodasse: et

E

cum ipsi , que fecisti , pergrata sunt , tum Pompejus , quotiescumque me videt , (videt autem saepissimè) gratias tibi agit singulares . Addo etiam illud , quod jucundissimum esse certò scio , meipsum ex tua erga Lucejum benignitate , maxima voluptate affici . Quod superest ; quamquam mihi non est dubium , quin cum ante nostra causa , nunc jam etiam tuae constantiae gratia , mansurus sis in eadem ista liberalitate : tamen abs te vehementer etiam , atque etiam peto , ut ea , que initio ostendisti , deinceps fecisti , etiam ad exitum augeri , et cumulari per te velis . Id et Lucejo , et Pempejo valde gratum fore , teque apud eos praeclarè positurum confirmo , et spondeo . De republica , deque his negotiis , cogitationibusque nostri perscripsoram ad te diligenter paucis ante diebus : easque litteras dederam pueris tuis . Vale . Lib . 13 , ep . 41 .

## NOTAS.

Quod : cuanto á lo que resta .  
Constantiae : por ir consiguiente .

## CARTA VI.

## ARGUMENTO.

Da las gracias á Thermo por lo que favoreció  
á Marcelio ; y le pide que haga que no  
sea acusada su suegra .

M. T. C. Q. Thermo Proprietor S. D.

Cum multa mihi grata sunt , que tu adductus  
mea commendatione fecisti , tum in primis quòd

M. Marcilium , amici atque interpretis mel filium liberalissimè tractavisti . Venit enim Lao diceam , et tibi apud me , mihiique propter te gratias maximas egit . Quare , quod reliquum est à te peto , quando apud gratos homines beneficium ponis , ut eò libentius his commodes , operamque des , quoad fides tua patietur , ut socrus adolescentis rea ne fiat . Ego cùm antea studiosè commendabam Marcilium , tum multò nunc studiosius , quòd in longa apparitione , singularem et prope incredibilem patris Marcellii fidem , abstinentiam , modestiamque cognovi . Vale . Lib . 13 , ep . 54 .

## NOTAS.

Apparitione : en el ejercicio de ministro mio .  
Abstinentiam : desinteres .

## CARTA VII.

## ARGUMENTO.

Da la enhorabuena á M. Marcelo de que estuviese nombrado Cónsul su primo hermano : dilece que se alegra muchísimo de la semejanza en la conducta de los dos , Ciceron y M. Marcelo ; y le pide que haga que no se le prolongue el tiempo del gobierno .

M. T. C. Proconsul M. Marcello Consuli S. D.

Te et pietatis in tuos , et animi in rempublicam , et clarissimi , atque optimi consulatus , C. Marcello Consule facto , fructum ce-

pisso , vehementer gaudeo . Non dubito , quid presentes sentiant: nos quidem longinqui , et à te ipso missi in ultimas gentes , ad cœlum meherculè te tollimus verissimis , ac justissimis laudibus . Nam cum te à pueritia tua unicè dilexerim ; tuque me in omni genere semper amplissimum esse et volneris , et judicaris: tum hoc vel tuo facto , vel populi Romani de te judicio , multò acris , vehementiusque dilio go : maximaque lœtitia afflictor , cum ab hominibus prudentissimis , virisque optimis , omnibus dictis , factis , studiis , institutis vel me tui similem esse audio , vel te mei . Unum vero si addis ad præclarissimas res consulatus tui , ut aut mihi succedat quamprimum aliquis , aut ne quid accedat temporis ad id , quod tu mihi et senatusconsulto , et lege finisti ; omnia me per te consequutum putabo . Cura ut valeas , et me absentem diligas , atque defendas . Quæ mihi de Parthis munita sunt , quia non putabam , à me etiam nunc scribenda esse publice , propterea ne pro familiaritate quidem nostra volui ad te scribere: ne cum ad Consulem scripsisset , publice viderer scripisse . Vale . Lib . 15 , ep . 9 .

## CARTA VIII.

## ARGUMENTO .

*Este es primo hermano de M. Marcelo , para quien era la carta precedente: le da la enhorabuena de que ha sido nombrado Cónsul .*

M. T. C. Proconsul C. Marcello Consuli designato S. D.

Maxima sum lœtitia affectus , ehm audivi , te Consulem factum esse: eumque honorem tibi Deos fortunare volo , atque à te pro tua parentisque tui dignitate administrari . Nam cum te semper amavi , dilexiq[ue] quid[em] mei amantissimum cognovi in omni varietate rerum mearum : tum patris tui pluribus beneficis , vel defensus tristibus temporibus , vel ornatus secundis , necesse est , ut et sim totus vester , et esse debeam : cùm præsertim matris tuae , gravissimæ , atque optimæ feminæ majora erga salutem , dignitatemque meam studia , quām erant à muliere postulanda , perspexerim . Quapropter , à te peto majorem in modum , ut me absentem diligas , atque defendas . Vale . Lib . 15 , ep . 7 .

## NOTAS .

Fortunare : te hagan dichoso en este honor .  
Studia : empeño y zelo .

010053

## CARTA IX.

## ARGUMENTO.

*Da la enhorabuena á C. Marcelo de que hubiese salido Cónsul su hijo.*

M. T. C. Proconsuli C. Marcello College S. D.

Marcellum tuum, Consulem factum, teque ea lætitia affectum esse, quam maximè optasti, mirum in modum gaudeo: idque cùm ipsius causa, tūm quòd te omnibus secundissimis rebus dignissimum judico: cuius ergo me singularem benevolentiam vel in labore meo, vel in honore perspxi: totam denique dominum vestram, vel salutis, vel dignitatis mee studiosissimam, cupidissimamque cognovi. Quare gratum mihi feceris, si uxori tua Juniae, gravissimæ, atque optimæ feminæ, meis verbis eris gratulatus. A te id, quod consuesti, peto, me absentem diligas, atque defendas. Vale.

*Lib 15, ep. 8.*

## CARTA X.

## ARGUMENTO.

*Da las gracias á C. Marcelo del cuidado, que tuvo en honrarle, y alaba su conducta.*

M. T. C. Imperator C. Marcelo Consuli S. D.

Quantæ tibi curse meus honor fuerit, et quād idem extiteris Consul in me ornant-

do, et amplificando, qui fueras semper cum parentibus tuis, et cum tota domo, etsi res ipsa loquebatur; cognovi tamen ex meorum omnium litteris. Itaque nihil est tantum, quod ego non tua causa debeam, facturusque sim cùm studiis, tūm libenter. Nam magni interest, cui debeas. Debere autem nemini malui, quād tibi; cui me cùm studia communia, beneficia paterna, tuāque jām antē conjunxerant; tūm accedit, mea quidem sententia maximum vinculum, quòd ita rempublicam geris, atque gessisti (quo mihi charis nihil est) ut, quantum tibi omnes boni debeant, quominus tandem ego unus debeam, non recusem. Quam obrem tibi velim hi sint exitus, quos merearis, et quos fore confido. Ego, si me navigatio non morabitur (quæ incurrebat in ipsos Etesias) propediens te, ut spero, videbo. Vale. Lib. 15, ep. 11.

## NOTAS.

Ut: que juzgo deberte todo cuanto haces por todos los buenos.

Quæ: que caia en el tiempo, en que soplan los cierzos.

## LIBRO VI.

*De las cartas consolatorias.*

### CARTA PRIMERA.

#### ARGUMENTO.

*Consuela á Lentulo dándole esperanzas de que recobre su autoridad.*

M. T. C. Lentulo S. D.

Quae gerantur, accipies ex Polione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed praefuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maximè scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas et consilia tuorum amicorum, et ipsa die, qua debilitantur cogitationes et inimicorum, et proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio mearum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Nam, etsi minore in re violatur tua dignitas, quam mea salus afflita sit; tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quae ne tu quidem umquam timenda duxisti. Sed praesta te eum, qui mihi à teneris (ut Graeci dicunt) unguiculis es cognitus. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum injuria. A me omnia summa in te studia, officiaque expecta. Non fallam opinionem tuam. Vale. Lib. I, ep. 6.

#### NOTAS.

Accipiens: airás de boca de Polion.

Prefuit: hizo el primer papel.

Meorum temporum: las desgracias que yo padecí tiempos pasados.

A teneris unguiculis: desde niño.

### CARTA II.

#### ARGUMENTO.

*Consuela á Curion en la muerte de su padre, y le ofrece tratarle con cariño de tal. Disuádelle de que celebre juegos con ocasión de ella, como era costumbre.*

M. T. C. Curioni S. D.

Gravi teste privatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo, clarissimo viro: qui cum suis laudibus, tam vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset, ut te ante videret, quam è vita discederet. Sed spero, nostram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dii fortunent. Me certè habebis, cui charus aequè sis, et perjucundus, ac fuiti patri. Rupa studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine: sed nec mihi placuit, nec cunquam tuorum, quidquam te absente fieri, quod tibi cum venisses, non esset integrum. Meam quidem sententiam aut scribam ad te postea pluribus, aut, ne ad eam meditere, imparatum te offendam, coramque contra istam rationem, meam dicam: ut aut te ia-

meam sententiam adducam, aut certè testatum apud animum tuum relinquām, quid senserim; ut, si quando (quod nolim) displicere tibi tuum consilium cœperit, possis meum recordari. Brevi tamen sic habeto: in eum statum temporum tuum redditum incidere, ut iis bonis, que tibi natura, studio, fortuna data sunt, faciliter omnia, que sunt in republica amplissima, consequi possis, quām muneribus: quorum neque facultatem quisquam admiratur, (est enim copiarum, non virtutis) neque quisquam est, quin satietate jam defessus sit. Sed aliter, atque ostenderam, facio, qui ingrediar ad explicandam rationem sententiae mee. Quare omnem hanc disputationem in adventum tuum differo. Summa scito in expectatione te esse, ea que à te expectari, quae à summa virtute, summoque ingenio expectanda sunt. Ad que si es, ut debes, paratus (quod ita esse confido), plurimis, maximisque muneribus et nos amicos, et cives tuos universos, et rempublicam afficies. Illud profectò cognoscere, mihi te neque chariorem, neque jucundiorem esse quemquam. Vale. *Lib. 2, ep. 2.*

*NOTAS.*

Rupa: A tu liberto Rupa no le faltó voluntad para publicar los juegos en tu nombre.

Quod tibi: que no estuvieses á tiempo de hacer lo que te pareciese.

Imparatum: te cogeré desprevenido.

**CARTA III.****ARGUMENTO.**

*Consuela á Nigidio, que estaba desterrado, dándole esperanzas de que César se aplaque: prométele á este fin sus buenos oficios, y le exhorta á que tenga buen ánimo.*

**M. T. C. P. Nigidio Figulo S. D.**

Quærenti mihi jamdiū, quid ad te potissimum scriberem, non modò certa res ulla, sed ne genus quidem litterarum usitatum veniebat in mentem. Unam enim partem, & consuetudinem eaurum epistolarum, quibus secundis rebus uti solebamus, tempus eripuerat, perfeceratque fortuna, ne quid tale scribere possem, aut omnino cogitare. Relinquebatur triste quoddam, et miserum, et his temporibus consentaneum genus litterarum. Id quoque deficiebat me, in quo debebat esse aut promissio auxiliū alicujus, aut consolatio doloris tui. Quod pollicerer, non erat. Ipse enim parti fortuna abjectus, aliorum opibus casus meos sustentabam: saepiusque mihi veniebat in mente queri, quod ita viverem, quām gaudere, quod viverem. Quamquam enim nulla meipsum privatim perculit insignis injuria; nec mihi quidquam tali tempore in mentem venit optare, quod non ultrò mihi Cèsar detulerit: tamen nihil minus eis conficior curis, ut hoc ipsum, quod maneam in vita, peccare me existimat.

trina proficiscitur, non attingam, tibi totam  
relinquam. Quid sit fortis, et sapienti homine  
dignum: quid gravitas, quid altitudo animi,  
quid acta tua vita, quid studia, quid artes, qui-  
bus à pueritia florasti, à te flagitent, tu vide-  
bis. Ego, quod intelligere, et sentire, quia sum  
Romæ, et quia euro, attendoque, possum; id ti-  
bi affirmo, te in istis molestiis, in quibus es  
hoc tempore, non diutius futurum: in iis au-  
tem, in quibus etiam nos sumus fortasse sem-  
per fore. Videor mihi perspicere primum ip-  
sius animum, qui plurimum potest, propensum  
ad salutem tuam. Non scribo haec temere. Quò  
minus familiaris sum, hoc sum ad investigan-  
dum curiosior. Quó facilius, quibus est iratior,  
respondere tristius possit, hoc est adhuc tardior  
ad te molestia liberandum. Familiares verò ejus,  
et ii quidem, qui illi jucundissimi sunt, mira-  
biliter de te et loquantur, et sentiunt. Accedit  
eòdem vulgi voluntas, vel potius consensus om-  
nium. Etiam illa, que minimum nunc quidem  
potest, sed possit necesse est, respublica, quas-  
cumque vires habebit, ab iis ipsis, quibus te-  
netur, de te propediem (mihi crede) impetrabit.  
Redeo igitur ad id, ut jam tibi etiam pol-  
licear aliquid, quod primò omiseram. Nam et  
complectar ejus familiarissimos, qui me admö-  
dum diligunt, multumque mecum sunt, et in  
ipsius consuetudinem, quam adhuc mens pudor  
mihi clausit, insinuabo: et certè omnes vias  
persequar, quibus putabo ad id, quod volumus,  
pervenire posse. In hoc toto genere plura fa-

timem. Carco enim cùm familiarissimis mul-  
tis, quos aut mors eripuit nobis, aut distraxit  
fuga; tñm omnibus amicis, quorum benevolentia  
nobis conciliaret per me quondam, te so-  
cio, defensa res publica, versorque in eorum  
naufragiis, et bonorum direptionibus: nec au-  
dio solum, quòd ipsum esset miserum, sed etiam  
video, quo nihil est acerbius, eorum fortunas  
dissipari, quibus nos olim adjutoribus illud incen-  
dium extinximus; et in qua urbe modò gratia,  
ancoritate, et gloria floruimus, in ea nunc  
iis quidem omnibus caremus. Obtinemus ipsis  
Cæsaris summam erga nos humanitatem: sed  
ea plus non potest, quam vis, et mutatio om-  
nium rerum, atque temporum. Itaque orbus iis  
rebus omnibus, quibus et natura me, et volunta-  
tes, et consuetudo assuecerat, cùm ceteris, ut  
quidem video, tñm mihi ipse displico. Na-  
tus enim ad agendum semper aliquid dignum  
viro, nunc non modò agendi rationem nullam  
habeo, sed ne cogitandi quidem: et qui antea  
aut obscuris hominibus, aut etiam sotibus  
opitulari poteram, nunc P. Nigidio, uni omni-  
um doctissimo, et sanctissimo, et maxima  
quondam gratia, et mihi certè amicissimo, ne  
benignè quidem polliceri possum. Ergo hoc  
creptum est litterarum genus. Reliquum est,  
ut te consoler, et offeram rationes, quibus te à  
molestiis conter abducere. At ea quidem faculta-  
tes vel tui, vel alterius consolandi, in te summa  
est, si unquam in illo fuit. Itaque eam par-  
tem, que ab exquisita quadam ratione, et doc-

ciam, quām scribere audeo. Cetera, quae tibi à multis prompta esse certè scio, à me sunt paratissima. Nihil in re familiarī mea est, quod ego meum malim esse, quām tuum. Hac de re, et de hoc genere toto hoc scribo parciūs, quod te (id quod ipse confidit) sperare malo esse usurum tuis. Extremum illud est, ut te horter, et obsecarem animo ut maximo sis: nec ea solū memineris, quae ab aliis magnis viris accepisti; sed illa etiam, quae ipse ingenio, studioque peperisti. Quae si colliges, et sperabis omnia optimè, et quae accident, qualiacumque erunt sapienter feras. Sed hæc tu melius, vel optimè omnium. Ego, quae pertinere ad te intelligam, studiosissimè omnia, diligentissimèque curabo; tuorumque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam censervabo. Vale. Lib. 4, ep. 13.

## NOTAS.

Sustentabam: me iba sosteniendo en mis desgracias con el favor ageno.

Hoc ipsum: el mismo vivir tengo por delito.

Versor: Ciceron en Roma estaba viendo á los del partido de César apoderarse de los bienes de los que habian seguido á Pompeyo.

Olim: cuando extinguió Ciceron la conjuração de Catilina.

Mihi ipse: me soy enfadoso á mí mismo.

Ipsiis: César.

Non scribo: no lo digo sin motivo y fundamento.

Tuis: siendo restituido á Roma.

Optime: mejor que nadie.

## CARTA IV.

## ARGUMENTO.

Disculpase con su amigo Aulo Torquato (que estaba desterrado de Roma por haber seguido el partido de Pompeyo) de no haberle escrito con frecuencia; insinúale, que su restitucion va en buen estado, y le da consuelo para cualquiera caso, que suceda.

M. T. C. A. Torquato S. D.

Peto á te, ne me putas oblivione tui rariùs ad te scribere, quām solebam: sed aut gravitate valetudinis (qua tamen jam paulum videor levari) aut quòd absim ab orbe, ut qui ad te proficiscantur, scire non possim. Quare velim ita statutum habeas, me tui memoriam summa cum benevolentia tenere, tuasque omnes res non minori mihi curæ, quām meas esse. Quòd majore in varietate versata est adhuc tua causa, quām homines aut volebant, aut opinabantur: mihi crede, non est pro malis temporum quod molestè feras. Necesse est enim, aut armis urgeri rempublicam sempiternam, aut, his positis, recreari aliquando, aut funditus interire. Si arma valebunt, nec eos, à quibus reciparis, vereri debes, nec eos, quos adjuvisti. Sin, armis aut conditione positis, aut defatigatio abjectis, aut victoria detractis, civitas respiraverit, et dignitate tui frui tibi, et for-

tunis licebit. Sin omnino interierint omnis, fueritque is exitus, quem vir prudentissimus M. Antonius jam tum timebat, cum tantum instare malorem suspicabatur; misera est illa quidem consolatio, tali præsertim civi, et viro, sed tamen necessaria, nihil esse præcipue cuiquam dolendum in eo, quod accidat universi. Quæ vis insit in his paucis verbis, (plura enim committenda epistole non erant) si attendes, quod facis, profectò etiam sine meis litteris intelliges, te aliquid habere, quod speres; nihil quod aut hoc, aut aliquo reipublicæ statu timemas. Omnia si interierint, cum superstitem te esse reipublicæ, ne si liceat quidem, velis, ferendam esse fortuam, præsertim quæ absit à culpa. Sed haec hactenus. Tu velim scribas ad me quid agas, et ubi futurus sis: ut aut quæ scribam, aut quæ veniam, scire possim. Vale.

*Lib. 6, ep. 2.*

## NOTAS.

Quòd: *el que haya habido mas altos, y bajos en tu negocio.*

Pro malis: *según los males del dia.*

Reciperis: *que te reciben los del partido de César.*

Committenda: *no se puede fiar mas de una carta.*

## ARGUMENTO.

Dale la razon porque es mas breve en esta carta, que en la pasada: alégate tres razones, que pueden consolar, el que las cosas estan en términos, que es la mayor infelicidad el vivir: que el mal es comun; y tiene en el testimonio de la buena conciencia.

M. T. C. A. Torquato S. D.

Superioribus litteris, benevolentia magis ad ductus, quām quod res ita postularet, fui longior. Neque enim confirmatione nostra egebat virtus tua: neque erat ea mea causa, atque fortuna, ut, cui omnia decessent, alterum confirmarem. Hoc item tempore brevior esse debeo: sive enim tum nihil opus fuit tam multis verbis, nihilo magis nunc opus est: sive tum opus fuit, illud satis est, præsertim cum accesserit nihil novi. Nam etsi quotidie aliquid audimus earum rerum, quas ad te perferri existimo; summa tamen eadem est, et idem exitus, quem ego tam video animo, quām ea, quae oculis cernimus. Nec verò quidquam video, quod non idem te videre certè sciām. Nam etsi, quem exitum facies habitura sit, divinare nemo potest, tamen et belli exitum video: et, si id minus, hoc quidem certè cum sit necesse alterutrum vincere, qualis futura sit, vel haec, vel illa victoria. Idque cum optimè perspexi, tale video nihil ut mali videatur esse futurum, si id vel ante acciderit, quod

vel maximum ad timorem proponitur. Ita enim vivere, ut non sit vivendum, miserrimum est; mori autem nemo sapiens miserum duxit, ne beato quidem. Sed in ea es urbe, in qua haec vel plura, et ornatiora parietes ipsi loqui posse videantur. Ego tibi hoc confirmo, etsi levius est consolatio ex miseriis aliorum, nihil te nunc majore in discrimine esse, quam quævis aut eorum, qui discesserint, aut eorum, qui remanserint. Alteri dimicant, alteri victorem timent. Sed haec consolatio levius: illa gravior, qua te uti spero, ego certè utor. Nec enim, dum ero, angar ulla re, cum omni vacem culpa; et si non ero, sensu omnino carebo. Sed rursus glauc'is Athénas: qui ad te haec. Mihi tu, tui, tua omnia maxime curæ sunt, et dum vivam, erunt. Vale. Lib. 6, ep. 3.

## NOTAS.

Earum: de lo que sucedia en la guerra, que entonces hacia César en España contra los del partido de Pompeyo.

Summa: se reduce á lo mismo.

Hac: de César ó Pompeyo.

Id vel: el morir.

Urbe: la ciudad de Atenas, la universidad entonces de la Grecia: ó por mejor decir, del mundo.

Discesserint: de Roma.  
glauc'is Athénas: lat. noctuas in Athenas;  
llevo lechuzas á Atenas, como si dijéramos,  
llevar hierro á Bilbao; porque Atenas abun-

daba de lechuzas, aves consagradas á Minerva, fundadora de esta Ciudad.

Hoc: sup. scripsi: cuando te digo estas cosas.

## CARTA VI.

## ARGUMENTO.

Consuela á Cecina con buenas esperanzas de que será restituído á Roma por César, y date por motivos, entre otros, su dignidad, ingenio y virtud consumada. Estaba Cecina con mas temor, que otros porque había ofendido á César escribiendo contra él.

M. T. C. A. Cæcinæ S. D.

Quotiescumque filium tuum video (video autem ferè quotidie) policeor ei studium quidem meum, et operam sine ulla exceptione aut laboris, aut occupationis, aut temporis: gratiam autem, atque auctoritatem, cum hac exceptione, quantum valeam, quantumque possim. Liber tuus et lectus est, et legitur à me diligenter, et custoditur diligentissimè. Res, et fortuna tuse mihi maxima curæ sunt: quæ quidem quotidie faciliores mihi, et meliores videntur, multisque video magnæ esse curæ: quorum de studio, et de sua spe filium ad te præscripsisse certò scio. Iis autem de rebus, quas conjectura consequi possumus, non mihi sumo, ut plus ipse prospiciam, quam te videre, atque intelligere mihi persuaserim: sed tamen, quia fieri potest, ut tu ea perturbatiore animo cogites; puto esse menum, quid sentiam

exponere: ea natura rerum est, et is temporum cursus, ut non possit ista aut tibi, aut ceteris fortuna esse diurna, neque hæc in tam bona causa, et in tam bonis civibus tam acerba injuria. Quare ad eam spem, quam extra ordinem de te ipso habemus, non solum propter dignitatem, et virtutem tuam; (haec enim ornamenti sunt tibi etiam cum aliis communia) accedunt tua præcipua propter eximium ingenium, summamque virtutem: cui mehercule hic ejus in potestate sumus, multum tribuit. Itaque ne paucum quidem temporis in ista fortuna fuisses, nisi eo ipso bono tuo quo delectatur, se violatum putaret. Quod ipsum lenitur quotidie; significaturque nobis ab iis, qui simul cum eo vivunt, tibi hanc ipsam opinionem ingenii apud ipsum plurimum profutaram. Quapropter primum fac animo forti, atque magno sis. Ita enim natus, ita educatus, ita doctus es, ita etiam cognitus, ut tibi id faciendum sit: denique spem quoque habeas firmissimam propter eas causas, quas scripsi. A me verò tibi omnia, liberisque tuis paratissima esse confidas velim. Id enim et vetustas nostri amoris, et mea consuetudo in meos, et tua multa erga me officia postulant. Vale. Lib. 6, ep. 5.

*NOTAS.*

Diligentissimè: parece, que fuese por causa de César ofendido en él

Perturbatiore: mas apasionado.

Causa: el partido de Pompeyo justificado.

Injuria: de estar desterrados.

Hie: César.

Eo: tu ingenio.

**CARTA VII.****ARGUMENTO.**

Muestra su sentimiento, así de que Trebiano no se hubiese retirado antes de la guerra civil, como de que tardaba en recobrar su antigua dignidad y hacienda. Ofrece hacer por el cuanto pueda, y le da esperanzas de buen suceso, así porque César no estaba mal con Ciceron, como porque este tenía obligados de tiempo atrás á los que mas privaban con César.

## M. T C. Trebiano S. D.

Ego, quanti te faciam, semperque fecerim, quanti me à te fieri intellexerim, sum mihi ipse testis. Nam et consilium tuum, vel casus potius diutius in armis civilibus commorandi, semper mibi magno dolori fuit; et hic eventus, quod tardius quam est sequum, et quam ego vellem recuperes fortunam, et dignitatem tuam, mihi non minori curae est, quam tibi semper fuerint casus mei. Itaque et Postumelano, et Sixto, et sepissimè Attico nostro, proximeque Theude liberto tuo, totum me patefeci: et his singulis sèpè dixi, quacunque re possem, me tibi, et liberis tuis satisfacere cupere: idque tu ad tuos velim scribas haec quidem certè, quæ in potestate mea sunt, ut ope-

ram, studium, consilium, rem, fidem meam sibi ad omnes res paratam putent. Si auctoritate, et gratia tantum possem, quantum in ea republica, de qua ita meritus sum, posse deberem; tu quoque is eses, qui finisti, cum omni gradu amplissimo dignissimus, tum certè ordinis tui facile princeps. Sed quando eodem tempore, eademque de causa nostrum uterque cecidit: tibi et illa, pollicor, quae supra scripsi, que sunt adhuc mea; et ea, que præterea videor mihi ex aliqua parte retinere, tamquam ex reliquiis pristinæ dignitatis. Neque enim ipse Cæsar, ut multis rebus intelligere potui est alienus à nobis, et omnes ferè familiarissimi ejus, casu devincti magnis meis veteribus officiis, me diligenter observant, et colunt. Itaque, si quis mihi erit aditus de tuis fortunis (id est, de tua incolumentate, in qua sunt omnia) agendi, (quod quidem quotidie magis ex eorum sermonibus adducor, ut sperem) agam per me ipse, et moliar. Singula persequi non est necesse: universum studium meum, et benevolentiam ad te defero. Sed magni mea interest, hoc tuos omnes scire, quod tuis litteris fieri potest, ut intelligent, omnia Ciceronis patre Trebiano. Hoc eo pertinet, ut nihil existimenter esse tam difficile, quod non, pro te mihi susceptum, jucundum sit futurum. Vale. Lib. 6, ep. 10.

*NOTAS.*

Totum: les abrí mi pecho.  
Ordinis: clase, estado.

Caso: porque no pensaba Ciceron necessitar los, cuando los sirvió.

Aditus: entrada á César.

CARTA VIII.

in las próximas secciónes veremos que

*ARGUMENTO.*

Para consolar á Toranio le trae á la memoria como los dos fueron los únicos, que previeron las malas conseuencias de la guerra civil, y estaban por la paz: exhortale á llevar con paciencia cuanto le venga, y concluye ofreciendo hacer por el cuanto pueda.

M. T. C. Toranio S. D.

Etsi, cum haec ad te scriberem, aut appropinquare exitus hujus calamitosissimi belli, aut jam aliiquid actum, et confectum videbatur, tamen quotidie commemorabam, te unum in tanto exercitu mihi fuisse assensem, et me tibi: solosque nos vidiisse, quantum esset in eo bello mali, in quo, spé pacis exclusa, ipsa Victoria futura esset acerbissima: quæ aut interitum allatura esset, si victus esses; aut, si vicesse, servitutem. Itaque ego, quem tum fortis illi viri, et sapientes, Domitii, et Lentuli timidum esse dicebant (et eram plane: timebam enim ne evenirent ea, quæ acciderunt), idem nunc nihil timeo; et ad omnem eventum paratus sum. Cum aliiquid videbatur caveri posse, tum id negligi dolebam: nunc verò eversi omnibus rebus, cum consilio profici nihil pos-

sit, una ratio videtur, quidquid evenerit, ferre moderatè: præsertim cum omnium rerum mors sit extremum; et mihi sim conscius, me, quoad licuerit, dignitati reipublicæ consuluisse; et hac amissa, salutem retinere voluisse. Quæ scripsi, non ut de me ipse dicarem, sed ut tu, qui conjunctissima fuisti mecum, et sententia, et voluntate, eadem cogitares. Magna enim consolatio est, cum recordare, etiam si secus acciderit, te tamen rectè, verèque sensise. Atque utinam liceat aliquando aliquo republicæ statu nos frui, interque nos conferre solicitudines nostras, quas pertulimus tūm, cūm timidi putabamus, quia dicebamus ea futura, quæ facta sunt. De tuis rebus nihil esse, quod timeas, præter universæ reipublicæ iteritum, tibi confirmo. De me autem sic velim judices, quantum ego possim, me tibi, saluti tuæ, libertisque tuis summo cum studio prestò semper futurum. Vale. *Lib. 6, ep. 22.*

**NOTAS.**

*Commemorabam: traia á la memoria.*  
*Conferre: comunicar.*

**LIBRO VII.***De las cartas escusatorias.***CARTA PRIMERA.****ARGUMENTO.**

*Responde á la queja de su amigo, de que no le hubiese escrito: dicele, que siente, aunque por otra parte se alegra de su larga ausencia. Aconsejale brevemente, que desempeñe las grandes esperanzas que se han concebido de él.*

**M. T. C. Curioni S. D.**

Quamquam me nomine negligentiae suspectum tibi esse doleo; tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam jucundum, requiri; præsertim cum, in quo accusabar, culpa vacarem: in quo autem desiderare te significabas meas litteras, præte ferres perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem, et optatum amorem tuum. Evidem neminem prætermisi, quem quidem ad te preventurum putarem, enī litteras non dederim. Etenim quis est tam in scribendo impiger, quam ego? à te verò his, terve ad summum, et eas perbreves accepi. Quare si iniquus es in me iudex, et condemnabo eodem ego te crimine: sin me id facere noles, te mihi sequum præbere de-